

*Bacc. Laur. Juniper. āā pj.*

*Sem. Jeseleos ꝛß. Misce*

Pro decocto ad fotum.

## CAPUT XXIII.

JUNIPERUM MENSIIUM MORBOS  
DEPELLERE PROMIT-  
TIT.

## I. MENSIIUM RETENTIO.

*Menses  
cur flores  
dicantur.*

**H**Aud imperitè *Benedictus Sinabaldus*  
*lib. VI. genean:btropœje* sed ingenio-  
sè sciscitatur, unde mensium fluxus flores  
vulgari nomine appelletur, putatque  
*tractat. 1. cap. 1. cit. libr.* ideò flores dici,  
quod in primo juventa flore appareant,  
quodque, sicut arbor, è qua flores erum-  
punt, non sterilis sed foecunda censetur,  
ita & mulier, cui menstrualis catharsis  
debito modo, tempore & figura accidit  
ut plurimum foecunda audiat, nec non,  
quod *floridus hic sanguis*, non foetidus,  
non tabo remixtus esse debeat, vel quo-  
que quod *mulieres floridas* sanguineas ille  
fluxus reddat, quod etiam adeò verum  
est, ut quæ illâ defraudantur, illicò in  
chlorosin, cachexiam, phthysin, hydro-  
pem similesque non minùs perniciosas  
quàm deformes ægritudines, formam,  
speciem atq; omnem vitæ floridum de-  
corem deturpantes ac destruentes inci-  
dant, quare cum magna pars sanitatis in  
legi-

legitimo mensium fluxu posita sit, merito si ille supprimatur, in tempore quaerendum est auxilium.

Variis autem ex causis *mensium* contingit *suppressio*, & quidem vel sanguinis vitio, si ejus adsit vel nimia copia, vel nimius defectus, humorum copia si illi abundant sanguinemque corrumpant, imprimis si pituita sanguinem incrasset & ferè coagulet vasaque per quæ transire debet, obstruat. Contingit quoque *mensium obstructio* vel ab uteri clausura, vel à vasorum angustia, quæ tamen ut plurimum à nimia pituita ortum ducit, interdum etiam, quod tamen rarò evenit, à coarctatione & constrictione ob nimium oritur.

Si itaque menses ob sanguinis, quod plerumque fieri solet, crassitiem, vel pituitosorum humorum abundantiam, supprimantur, à plerisque autoribus *Juniperina* adhibentur *medicamenta*. Sic inter simplicia menses moventia *Bacca Juniperi* reteruntur à *Sennerto*, *Roderico à Castro*, *Sebizio*, *Barbette*, aliisque quam plurimis. Compositis quoque variè ex *Junipero* præparata admiscuntur *medicamenta*, sive ad præparationem, sive ad evacuationem alterationemve humorum peccantium sint exhibenda.

*Aqua, Spiritus. ☉ Juniperi in mensium*

U 4

um



um retentione commendantur à Sebizio  
 part. V. Specul. med. Pract. sect. 2. cap. 2.

*Intersa*

Vinum Medicatum tale exhibet  
 D. Dekerus in not. ad Prax. Barbett. cap.  
 XI. p. 233.

℞ Rad. imperator. dictamn. alb. āā ʒj.  
 acor. ʒb.

Fol. arthemis. puleg. calam. mont. āā  
 Mß. sabin. Miß.

Sem. dauc. sesel. āā ʒb. bacc. junip. ʒv.

Cinamom. acust. cort. aurant. āā ʒij.

Concisa & grosso modo contusa insuan-  
 tur sacculo & affundantur

Vin. gallic. pint. iij.

De quo bis de die assumantur ʒiij  
 instillatis spir. Salis Armoniac. gutt. vi.

Aliud deinde incidens, aperiens,  
 purgans idem subjungit pag. sequenti,  
 quod tale.

℞ Rad. aristol. rot. galang. rub. tinctor.  
 Bryon. āā ʒiij.

Ellebor. nigr. ʒj. gialapp. ʒb.

Fol. puleg. sabin. calam. mont. āā Mj.

Bacc. laur. juniper. āā ʒb. Trohisc.  
 alb. ndal. ʒj.

Caryophill. ʒb. ʒi crud. ʒj.

Concis. & contus. insuantur sacculo & af-  
 fund. vin. gallic. pint. iv.

Dof. alternis matutinis ʒiij. cum  
 vi. gutt. Spir. \*

Evacuato corpore humoribusque  
 præ-

preparatis & evacuatis malum si morem gerere recuset, ulterius exhibenda, menses quæ provocare valeant, inter quæ locum haud postremum tenent diaphoretica & diuretica. Sint autem diaphoretica talia, quæ Sale volatili abundant, per hæc enim humores crassi, viscidi & pituitosi optimè alterari & attenuari possunt, & monente Sylvio lib. 3. Prax. med. cap. 3. vis medicamenti eò facilius ad extremos vasorum viarumque sinus penetrabit, in quem finem non secus ac alii magnæ famæ medici tale parat Apozema.

**R.** Rad. apii, levistic. āā ʒʒ.

Raf. lign. guajac. ʒiij. Iassafir. ʒʒ.

Bacc. Juniper. laur. āā ʒʒ. herb. scord.

puleg. āā Mj.

Summit. cent. min. Mʒ. Sem. milii ʒij.

Coqu. ex aquâ purâ ad colatur. ʒxxx. add.

Syrup. arthemis. card. bened. āā ʒʒ.

Tinctur. cinamom. castor. āā ʒʒ.

Ol. succin. gutt. iv. Misce.

Hujus Apozematis haustulum calentem assumat ægra manè, atque stragulis commodè tecta sudorem expectet, quando post horulam nondum prodeat, assumpto jusculo illum promoveat, idque sæpiùs repetat, in primis circa tempus consuetum fluxus mensium, quo simul ad uterum denuo propellatur sanguis.

Rodericus à Castro sequentis decocti

U 5

memi-



meminit *lib. 1. de Morb. Mulier. cap. 4.*  
quod diuretica vi pollere videtur.

**R** *Faseolor. cicer. rubr. āā p̄j. sem. junip. ʒij.*

*Rad. rub. rusc. rapban. sylv.*

*asparag. petrosel. āā ʒʒ.*

*Chamedr. recent. Mj. Sem. ammeos,*

*anis. fœnic. āā ʒij.*

**F. s. a. Decoctio.**

Sequens Decoctum ad menses describit *Tabernemontanus lib. 3. Herbar. part. 2. cap. X.*

**R** *Baco. Juniper. Mj. Rad. rub. tinct.*

*Cinamom. myrrh. āā ʒʒ.*

Coqu. in s. q.  $\nabla$  arthemif. ad tert. part. consumptionem. Colaturæ add.

*Borrag. Venet. ʒij.*

Misc. bibatur haustus manè & vesperi calidè. Decoctum quoque ad mensium suppressionem *baccis Juniperi*, & pilulas de sabinâ, quas maximè in hoc affectu deprædicat, Oleo exornat *Mynsicht. in Armamentar. Chymic. p. 389. & 154.*

*Sivanarola tractat. VI. Practic. major. cap. 21.* in causa frigidâ & coarctoriâ sequentem præscribit syrupum:

**R** *Calament. domest. & sylvestr.*

*Puleg. rad. enul. camp. ireos, matricar.*

*Rad. Juniper. hypericon. āā Mj.*

*Rub. tinct. Zedoar. doronic.*

*Sem. nigell. danc. polii,*

*Prass. squinantib. āā ʒiv.*

Coqu.

Coqu. omnia in  $\text{℥vi}$   $\nabla\alpha$ , bulliant ad  
consumtionem medietatis & coadu-  
na utraque calamenta & adde  $\text{℥ij}$ , co-  
que & initio decoctionis immitte

*Spic. cas. lign. asar. caryophill. ma-  
stich. āā ʒj.*

Et sint subtiliter pulverisata in panno li-  
neo posita ad bulliendum & addantur,  
 $\text{ʒiij}$  aceti squillitic. si non sit quod prohi-  
beat eum. Dosis est  $\text{ʒij}$  in aurora cum  
aqua matricariæ. Misturam talem ex-  
tollit Grylingius lib. 4. Med. Pract. cap. 9.

$\mathcal{R}$  *Extract. Juniper. ʒvi. croc. ʒ℔.*

*Rob sambuc. ʒ℔. pulv. sabin. ʒj. cina-  
mom. ʒ℔.*

*Syrup. cinam. ʒiij. conserv. borrag. ʒ℔.*

*anif. gtt. iij. cinam. chamomill.  
destillat. āā gtt. iv.*

Misc. F. Mistura.

Pulverem ex  $\Theta$ ibus exhibet *Idem*

*Autor loc. cit.*

$\mathcal{R}$   $\Theta$  *juniper. arthemif. chamomill.*

$\mathcal{P}$  *alb. Oli āā ʒ℔. Misce.*

Essentia uterina nostra supra descripta  
spem & expectationem frequentissimè  
implevit, ut & sequens mistura.

$\mathcal{R}$  *Mistur. simpl. ʒij. tinctur. ʒi ʒ℔.*

*Elix. Juniper. essent. sabin. croc. āā ʒj.*

*Syrup. adiant. Fernel. ʒ℔. sir. ʒiiv.*

Misc. S.  $\delta$ ffnende Mistur. Dos. à  $\mathcal{D}$ j ad  $\mathcal{D}$ ij  
pro ratione circumstantiarum.

Exter-



**Externa.**

Externè in mensium obstructione suffitus ex baccis lauri, juniperi, ex cassiâ lignea, caryophyllis, Xyloaloe, nuce moschat. junco odorato, herbis siccis aliisque rebus odoratis adhibet. *Rodericus à Castroloc. citat.*

Balneum ad menses provocandos ex sequentibus parare jubet *Gyrlingius loc. supra citat.*

℞ *Herb. arthemis. chamedr. chamepyre.*

*Abrot. serpill. āā Mj. meliss. M℞.*

*Salv. rut. puleg. absinth. āā M℞.*

*Flor. chamomill. bacc. juniper. āā Mij.*

*Sem. lin. ℥j. Flor. sambuc. M℞.*

Incis. & conclus. D. ad chartam S. Species pro balneo.

Balsamum uterinum talem exhibet Schröderus *lib. 2. Pharmacop. med. chym. cap. 87.* ad menstrua movenda & suffocationem uterinam tollendam maximè proficuum.

℞ *Galban. puriss. serapin. elect. āā ℥vi.*

*Al. foetid. ℥℞. Gum. ammoniac. ℥j.*

Dissolv. in Ol. Juniperi & Tereb. addendo ol. Laur. still. ℥℞. succin. ℥℞. M.

## II. NIMIUS MENSIIUM FLUXUS.

Πάν τὸ περιττόν τῆ Φύτει πολέμιον: Omne nimium naturæ inimicum. Hoc si unquam verum sit, verum est in fluxu mensium, ubi non minùs defectus quàm excessus naturam debilitat, conceptio

*Nimius  
mensium  
fluxus.*

ceptionem & propagationem generis humani impedit totalemque sterilitatem inducit ipsamque quandoque vitam adimit. Inprimis nimium mensium fluxus naturæ maximè est inimicus, & oritur ille (1) vel à nimia sanguinis copiâ (2) à variâ vitiosâ sanguinis qualitate tenuiori, serosior, acriori, falsiori &c. (3) à vasorum laxitate, (4) à nimio medicamentorum è muvca-yayân usa.

In hocce malo Juniperum etiam ali- quid commodi præstare mirum non est, cum non absurdum sit unum idemque medicamentum diversis & contrariis morbis posse adhiberi, quoniam nonnulla medicamenta diversas vires possident & ob diversam quoque præparationem ad diversos usus optimo jure possunt adhiberi, sicut illud exemplo martis succini aliorumque satis elucescit. Sic & Juniperum tam mensium obstructioni, quam nimio eorundem fluxui optimo opponi potest jure; Notum enim est, medicamenta acida acrimoniam bilis Sinam, salsa, spirituosa, oleosa lymphæ aciditatem & acrimoniam nimiam temperare, à thaliaex Junipero præparari possunt, cur ergò non commodè adhibeantur?

Si itaque nimium mensium fluxum ab acriori & falsiori sanguinis qualitate vitiosâ vasa erodenti provenire videamus,



mus, optimè conducet ad emendationem vitiosæ hujus qualitatis *Spiritus ex ligno juniperino*, *Spiritus Suis juniperini*, *Magisterium Juniperi Sc.* vel per se vel aliis permixtis si adhibeantur. Sic haud ita pridem in simili casu *Spir. ex ligno Juniperi* cum tincturâ *Ætis adstring.* aã mistum optimo cum successu exhibuimus.

*Observatio.*

Similiter in nimio mensium fluxu ab acidiori & acriori qualitate sanguinis ferosâ proveniente sequens præmisso electuario hydragogo supra descripto in aliâ hic loci matronâ honestâ exhibuimus.

**R** *Pulv. cydoneor. exsicc.* ʒ℞. *Terr. sigill.*  
*Bol. armen.* aã ʒj. *Sal. corallor. juniper.* aã ʒiv.  
*Magister. anodyn.* ʒ℞. *Eleosacch. mastich.* ʒij.

*Misc. F. Pulvis D. S. Unhaltendes Pulver.*  
 Addidimus ulterius misturam sequentem:

**R** *Essent. vulnerar. Rolf.* ʒ℞. *anodyn.* ʒ℞.  
*Tinctur. Juniper. sambuc. ex rob utriusque confect.* aã ʒj.

*Misc. D. S. Still Mistur.*

His adhibitis malum victas dare palmas coactum est.

*D. D. JOH. CUBA in Tractatu Germanico Frauen Arzneyen dicto Baccas & corticem Juniperi ad nimium mensium fluxum*

fluxum, si contundantur & cum vino exhibeantur, commendat, ut & *baccas Juniperi per se comestas p. 23.*

Sic & *gummi Juniperinum* carbonibus injectum si corpus & muliebria illo fumigentur, nimium mensium fluxum sistere dicit *Conrad. Kunrath p. 25. medull. destillator.*

### III. FLUOR ALBUS.

**K**ΑΛῆ καὶ ρακος κακὸν ὄν. Mali corvi malum ovum; Verè hic quadrat, *fluor enim ille muliebris* malus malorum quamplurimorum nuncius & prodromus esse solet graduque non testudineo ad sterilitatem ipsamque mortem mulieres deducit.

Est autem *Fluor albus* præternaturalis humorum vel alborum vel faniosorum, seu citrinorum seu lividorum aut viridium, viscidorù nonnunquam, nonnunquam tenuium & aquosorum, cum, vel sine dolore ex utero excretio ab humore excrementitio, modo bilioso, modò phlegmatico, melancholico nonnunquam, nonnunquam seroso, seu à nimio acriori sero vel pituitâ ortum ducens.

Affectus plerumque est chronicus, in vetulis ferè incurabilis, tam virginibus quàm maritatis, junioribus æquè ac adultioribus familiaris multaque secum

*Fluor albus quid.*

cum



cum trahit incommoda. Maturanda itaque curatio & serum acre & mordax alterandū & evacuandū, pituita præparanda & educenda, uterus, Massa Sanguinea, partesq; Sanguificationi inservientes roboranda adq; pristinum statum reducenda.

*Internè.*

Quoties itaque pituita peccat, tunc apprimè conveniet syrupus *zacus* pituitam præparans uterinam, quem describit *Grylingius part. 2. de secunda. universal. Evacuat. genere pag. 93.*

**R** Capill. *♀ is eupator. afflen. āā Mj, Flor. cordial. ℥iij*

*Sem. 4. frig. maj. āā ℥℔. sem. anis fœnic.*

*Cinamom. āā ℥ij. Glyzirrhiz. ℥i℔.*

*Scord. meliss. scorzoner. Mij. asari ℥j.*

*Nuc. mosch. bacc. juniper. āā ℥℔.*

*Matricar. arthemis, rut. roc. āā Mij.*

*Confect. alkerm. hyacinth. āā ℥iij. dia- margarit. ℥iv.*

Coqu. in  $\nabla$ . q. s. ad remanent. ℔iij. Colatur. add.

*Syrup. capill. ♀ is. Glyzirrhiz. āā ℥viiij. d. arthemis. ℥iij.*

*Sacchar. q. s. F. Syrupus.*

Dof. ℥iv. singulis auroris.

Pituita si evacuanda & alteranda sequens conveniet Vinum Medicatum.

**R** Rad. *V. aperient. āā ℥ij. Turpetb. hermodact.*

*Mechoacann. āā ℥iij. Cichor. ℥℔.*

*Herb.*

*Herb. arthem. menth. lingu. cerv. ā Mj.*  
*Summitat. centaur. min. Mj. Fol.*  
*senn. ʒvi.*

*Flor. anth. cheir. ā pij. bacc. junip. ʒiʒ.*  
*Sem. cartham. ʒv. anis. fœnic. ā ʒiiʒ.*

Concis. contus. D. S. species zum Kräutern  
 Wein.

A causâ ferôsâ idem excitatus flu-  
 xus curabitur educendo serum per ele-  
 ctuarium Hydragogum Sylvii supra de-  
 scriptum vel per sequentem potionem.

℞ *Rad. bryon. gialapp. ā ʒʒ.*  
*Fol. senn. ʒij. Soldanell. ʒiʒ.*  
*Herb. matricar. flor. genist. ā pi.*  
*Bacc. juniper. ʒiij. Cinamom. ʒj.*

Concis. contus. infund. per noctem in ▽  
 flor. acarc. q. s. Manè ebulliant & colen-  
 tur. Colaturæ add.

*Syr. fl. acac. diacartham. ā ʒʒ.*

*Magister. gumm. gutt. ʒʒ.*

Misc. D. S. Purgir. Träncklein auf 2. mahl.

Suffitum externè è baccis lauri &

*Juniperi commendat Sebizijs part. V. Spec. Externè.*

*Med. Pract. sect. 2. cap. X.*

Mulierem *Visena* curavimus de pago *Observa-*  
*Niedchen* 6. mensium spatio fluori albo *110.*  
 obnoxiam sequentibus.

(1) Vino Medicato jam descripto,  
 varieque repetito.

(2) Diaphoreticum tale ordina-  
 vimus.

X

℞ Flor:



℞ Flor. ❄ci, C. C. volat. juniper. fix. ā ʒj.  
 ꝑi diaphoret. ʒj.

Misc. S. Schweißtreibend Pulver auf  
 etliche mahl.

(3) Diureticum tale fuit.

℞ Rob Juniper. ebul. ā ʒj. Sal. juniper.  
 genist. ā ʒij.

Essent. oc. 69. ʒiß.

Misc. S. Harnntreibender Saft.

(4) Ad alterationem viscerum hoc  
 usi sumus Decocto.

℞ Lign. guajac. juniper. Sassafras ā ʒiß.  
 Rad. Scorzon. cichor. asparag. ā ʒijj.  
 Herb. rosmar. meliß. ā Mj. Bacc. juni-  
 per. ʒj.

Sem. levist. dauc. ā ʒj.

Coqu. in s. q. ¶x commun. Colatur. add.  
 Syrup. cinamom. capill. ꝑis ā ʒj.

Rob Juniper. ʒiß. Mistur. simpl. ʒiß.

Misc. D. S. Bluthytreibender Trancf.

(5) Addidimus postea

℞ Tinct. ꝑis adstring. corallor. ā ʒj.

Elix. Juniper. ʒiß. Misc. S. Mistur.

(6) Emplastrum externè ordina-  
 vimus tale.

℞ Emplastr. d. bacc. laur. cerot. d. galban.  
 ā ʒij.

Gumm. sandarac. Ar. ʒij. Mastich.  
 bdell. ā ʒiv.

Trochisc. de karab. sem. plant. acetos. ā ʒj.

Ol. Juniper. q. f. M. F. l. a. Emplastrum.

Hisce

Hiscæ adhibitis varièque répétitis, feliciter cum DEO restituta etiãnum sana vivit.

## CAPUT XXIV.

JUNIPERUM IN MORBIS CIRCA  
CONCEPTIONEM CONTINGEN-  
TIBUS LAUDAT.

## I. STERILITAS MULIERIS.

QUANTA quamque varia ex sterilitate proficiscantur incommoda, verbis propemodum explicari non potest, quoniam non contentum solum maximamque infelicitatem sterilis inducat conjugum vita, ita ut *Hermes Trismegistus* eos in extremam omnium calamitatem versari putet, qui absque liberis à vitâ discedunt prisci que tanto odio & horrore sterilitatem sint persecuti, ut cœlitus supplicii loco illa immitti crederetur, & Chorynthios in nuptos & steriles sepulchri honore non dignatos fuisse, rerum gestarum docent monumenta, verum sanitati etiam & propagationi generis humani veroque; amoris & dulcedini conjugum adversatur, & dicente *Benedicto Sinabaldo lib. 6. Geneanthropœia tract. 2. cap. 1.* imperfectionem arguit, quoniam imperfectum & dimidiatum fere putatur animal, quod sterile est. Propterea jure meritoque mulier sterilis curet, ut opprobrium

*Sterilitas  
ejusque in-  
commoda.*